

Viro magnifico, illustri et
consultissimo

ZACH. CONR. ab VFFENBACH
f. p. d.

Io. Henr. a Seelen.

Quantopere me Tibi, VIR MAGNIFICE
devinxisti, tantopere doleo, quod morbi, aliq
tristes casus, qui superiori anno, mihi sane
funesto, obtigerunt, impediverint, quo minus
huc vsque officio meo satis facere potuerim.
Vtinam modo istud explevissem ope Dedic
tionis, qua Tibi novam Abudacni editionem
consecrare ausus sum; quam meam audaciam
Te, pro summa humanitate Tua, benigne inter
pretaturum esse, confido. Videbis inde, quam
valde Te, ac immortalia Tua merita, venerer:
a qua veneratione nihil unquam me abstrahet.

362v

Cuius quoque testes mitto chartas nonnullas,
quae benigno Tuo iudicio sese submittant. Mer-
catoris, cuius abitus sero nimis mihi fuit in-
dicatus, festinatio non permittit, ut Abudacni,
nuperime ad finem perducti, exemplar Biblioepo-
tradere potuerim, quod itidem haud aegre feres.
Eidem mercatori dedissem Quistolas, quas deside-
rasti, Marbachianas, si maius volumen secum
ferre voluisset. Alia itaque expectanda
erit occasio, qua easdem e meae supellectile
libraria certissime accipies. Vale, PATRONE
SVMME, mihi fave et festinanti calamo be-
nevole ignosce. Scr. Lubec. d. 26 Mart. 1733.

Viro magnifico, illustri et consultij^{no}
DN. ZACH. CONR. ab VF^{no}
FENBACH, Reip. Francof. Con⁴
suli immortaliter merito. Patrono
suo demisse colendo.

Frankofurtum.